Sed sit ipso iure nulla et nichilominus potestas et eius iudices et quilibet alius qui contra predicta fecerit puniatur et condempnetur pro unoquoque capite in C. libris pro quolibet vice

De cond'epnatoribus et bannis exigendis

Et teneatur potestas suo posse exigere omnes condempnationes et banna factas et faciendas

De pena illius qui fecit aliquem offendi

Et statuimus et ordinamus quod quicumque aliquem fecerit offendi per aliquem assessinum vel famulum suum vel vassallum puniatur tam ille qui fieri fecerit quam qui fecerit in quadruplo eius quod continetur in statuto communis vel brevi populi vel reformationibus consiliorum qui loquitur de dicto maleficio et si dictam penam solvere non poterit amputetur sibi manus dextera ita quod a corpore separetur. Et si ille qui fecerit haberi non poterit in pena vel non solverit condempnationem de eo factam cogatur ad solutionem pene imposite quadruplum quam ille qui fieri fecerit. Si autem mors ex tali offensione fuerit subsecuta ille qui fecerit capite puniatur ita quod moriatur et qui fieri fecerit in quadruplo pene que imponi deberet de homicidio ex forma alicuius statuti brevis populi vel reformationum consiliorum et ad probandum de assessinatis famulari vel vassallari eius qui predicta fecerit sufficiat probatio fame facta per X testes bone oppinionis et fame

Quod potestas et capitaneus non possit confirmari

Et statuimus et ordinamus quod nullus potestas nec capitaneus possit confirmari in eodem officio nec esse in aliquo officio civitatis Spoleti hinc ad tres annos. Et si de eis fuerit facta electio ipso iure sit nulla et non valeat et teneat et qui eos elegerint vel contra predicta fecerint de facto acceptaverint puniatur in C.C. libris et possit a quolibet impune offendi sine pena et banno et sine iure

reddatur in criminalibus et civilibus questionibus et hoc statutum rumpi non possit nec poni ad consilium de eo rumpendo et qui consuluerit directe vel indirecte quod rumpatur pena predicta puniatur, potestas non [illegible] puniatur et semper ponatur de brevi in breve. *De badimentis faciendis per Jacobum Clagam, Pincellum et filium et Jacobum Symminum*

Et statuimus quod Jacobus de Clangino et Pincellus et Jacobus Symminus possint in platea sancti [illegible] de palatio communis facere omnia badimenta et exbadimenta que per aliquem eorum commissa fuerint per aliquem qui habeat auctoritatem committendi

De pena dicentis alicui verba iniuriosa

Et quicumque dixerit alicui verba iniuriosa vel contumeliosa puniatur in XL. solidis. *De pena euntis ad bibendum in tabernam post tertium sonum campane.*

Et quod nullus civis civitatis Spoleti possit ire ad bibendum vel causa bibendi in aliqua taberna post tertium sonum campane que pulsatur de sero sub pena XX solidorum et eadem pena puniatur taburnarius. *Quod potestas possit breviare terminos tempore nundinarum*

Item quod potestas possit abreviare terminos et dilationes tempore nundinarum in causis maleficiorum ut sibi placuerit. *Quod credatur relationi berruariorum de hominibus quos invenerint post tertium sonum campane*

Et statuimus et ordinamus quod relationi berruariorum unius vel plurium stetur et credatur de hominibus quos dixerint invenisse post tertium sonum campane que pulsatur de sero et de hominibus quos dixerint invenisse arma. *Quod capitaneus teneatur sententias [illegible] appellationum apponere.*

Item statuimus et ordinamus quod capitaneus teneatur sententias in actis appellationum super causis criminalibus in consilio maiori et causis quarum condempnationes infringuntur vel annullantur in sua sententia quam ferret apponere

Sup. malef.

Sup. iniur.

Tabna

Sup. [illegible] malef.

No pstat relat. berruarior.

Item quod filii familias puperes possit et in iudicio in criminalibus questionibus sine patris consensu et curatorum et sententie late contra eos processu et quod sint in iudicio sine auctoritate curatoris vel patris cassari vel anullari. Quod potestas et iudex possit recipere testes in criminalibus causis antequam reus examinetur in parte. .lij.

Item quod potestas et eius iudex in causis criminalibus que ex procedunt per inquisitionem possit recipere testes et antequam reus examinaretur et postea eo citato et non citato et hoc capitulum et etiam capitulum supra positum postea locum habeat etiam in condempnationibus factis per potestatem civitatis Spoleti et eius curia quam per potestatem et rectores castrorum districtus Spoleti.

Quod nulla tenuta detur contra aliquem nisi primo citetur

Item quod nullus iudex civitatis Spoleti vel officialis nec notarius possit aliquam tenutam vel possessionem dare tenere alicui nisi primo contra quem tenuta et possessio dari petitur citetur bis in diversis diebus.

De pena ambassiatorum qui non fecerint ambassiatam secundum formam presentis capituli.

Ad hoc ut comune Spoleti orte ambassiatorum per ambassiatores ipsius comunis faciendas per ipsos ambassiatores non valeat defraudari statuimus et ordinamus quod quotiens per comune Spoleti fieri contigerit aliqua ambassiata ad romanam curiam vel alibi ubicumque pro dicto comuni quod dicti ambassiatores vel alter eorum non audeant vel presumant aliquid impetrare beneficium sive gratiam pro se vel aliquem sed si ipsis ambassiatoribus solummodo pro quo fuerit destinati publice vel occulte et si quis contra fecerit vel impetraverit retinere vel facere ab omni officio civitatis Spoleti privetur perpetuo et nichilominus potestas quod per tempore fuerit talem vel tales delinquentes in C. libris puniat et condempnet. Et quod contingant ambassiatores subire ambassiatam pro dicto comuni nisi iustum et legiptimam

De bauliis faciendis in villis minoribus sex focularibus.

De bauliis faciendis in villis minoribus sex focularibus.

excusationem habuerint et hoc capitulum sit precisum et quod iuret ad sancta dei evangelia predictam facere bona fide.

Idem observetur in castellanis et sergentibus turrium.

Item statuimus et ordinamus quod quelibet villa districtus civitatis Spoleti minor sex focularibus tempore electionis officialium villarum faciat et facere debeat unum baiulum qui respondeat camerario comunis de colletis et specialibus personis et dampnis datis. De pena dampni dati habitatoribus villarum intrantibus possessiones civium et burgensium.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de villis civitatis Spoleti intraverit de nocte in possessiones alicuius civis vel burgensis civitatis Spoleti teneatur potestas condempnare intrantem sive intrantes in C. sol. pro quolibet quorum ipsorum medietas cuius banni sit comunis et alia sit accusatoris nisi habuerit iustam causam et hoc remaneat in conscientia potestatis sive in conscientia officialium comunis qui fuerit pro tempore et si dampnum fecerit in quadruplum emendet dampnum et credatur dampnum passo cum sacramento usque in .xl. soldos. De pena hominum villarum euntium per villas post tertium sonum campane.

Item statuimus et ordinamus quod nullus de villis civitatis Spoleti vadat per villas civitatis predicte post tertium sonum campane et si quis contra fecerit solvat bannum .xx. sol. exceptis custodibus qui erunt pro tempore.

De expensis refitiendis in questionibus

Item dicimus et ordinamus quod victus victori condempnetur in expensis legiptime factis si condempnetur per iudicem in expensis alius et hoc in principali causa et in causa vero appellationis semper victus victori condempnetur in expensis quas iuraverit se fecisse premissa taxatione.

De pena capientium columbas domesticas

Item quicumque ceperit columbas domesticas solvat bannum .xl. sol. et emendet dampnum et credatur sacramento accusantis vel denuntiantis.

Quod maritus restituat uxori quam carnaliter non cognovit id quod habuit ex dote

De marito restituat uxori quam non cognovit id quod habuit ab ea recepit.

Et si maritus recepit aliquid de bonis uxoris premor-
tue quam non cognovit eam carnaliter vel ipsa non transduxit
xviij. ad domum quod restituat quod habuit de bonis uxoris heredibus ux-
oris et idem intelligatur de uxore que aliquid percepit de bonis
mariti quod restituat heredibus mariti quem maritum non cog-
novit carnaliter et non fuit transducta ad domum suam huic
capitulo nullo alio obstante et hoc locum habeat in futurum.

De senatus faciendis in villis

Et cum plures ville ratione dampnorum passe sint ac-
cum detrimentum et diminute sint ita quod ad inutilibus
devenerunt dictum. Statutum et ordinamus quod fiat senatus in
bus villis de districtu Spoleti hoc modo videlicet quod me-
sura per pertisserios et duos massarios de qualibet villa
et hoc facto serbatur senatus ita quod stante senatus ipse
et quod quilibet possit facere de possessione sua qui ville pertineat
et quod mensura dampnorum fiat ipsis senatus et non ad dom-
os et hec fiat expensis villarum. Et quod capitulum teneatur
presens statutum et capitulum executioni mandare a kalendis ian-
uarii in antea per duos menses sub pena xxv librarum
de suo salario. Quod quarta non possit peti a viro
ut ab uxore non cognita a marito.

xxj. Et dictum et ordinamus quod si mulier aliqua contraxit matrimo-
nium a viro ducta non fuit vel fuerit vel antea cognita
ita quod quarta peti non possit nec a viro nec a muliere et hoc
capitulum sit passum et locum habeat efficaciam nullo alio
capitulo huic obstante.

Quod locus substra habeatur pro villa

xxij. Et dictum et ordinamus quod loca substra habeantur pro villa et
homines ibi habitantes compellantur ad faciendum baralia val-
darii ut alii homines aliarum villarum.

De pena militis vel filii vel nepotis militis in-
iuriantis popularem.

Quia prerogationibus pacis est non presumi et consueti e-

quod minores a maioribus iniuriis debite opprimuntur xxiij
statutum et ordinamus quod nullus miles vel filius militis
vel nepos natus ex filio audeat vel presummat iniurias
aliquas facere vel fieri facere seu dicere per se vel aliquam
personam in aliquem popularem seu aliquem civem Spoleti et
qui contra fecerit et qui contra fecerit puniatur et condempnetur pro quo-
libet crimine et delicto quod fecerit secundum quod continetur in statuto
vel brevi potestatis loquentis de pena iniurie vel offense
quam fecerit et adprobandum ipsas iniurias que facte essent
in eorum popularem dicto vel facto sufficiat iuramentum
de novo facto per talem qui dicit se iniuriatum a tali mi-
lite vel filio militis vel nepote tam de iniuria quam fe-
cerit quam de illa quam fieri fecerit et tale iuramentum
habeatur pro plena probatione ita quod condempnari debeat
et possit ut supra dictum est et hoc capitulum sit precisum huic
aliquo capitulo contrario vel brevi potestatis contrario vel non obstante

De syndicis faciendis pro defensione comunis

Et statutum et ordinamus quod si contingeret comune Spoleti
citari seu citatum esse coram quocumque de eo quod potestas et capitaneus
et quilibet eorum teneatur et debeat eadem die vel sequenti die
congregare consilium generale comunis et in ipso consilio absque alia
proposita facere fieri sindicum ad defensionem comunis illius predicte
xxiiij. quod voluerit idem potestas et capitaneus et quicumque contradixerit tale
sindicum fiendum condempnetur per potestatem in libris xxv cortonensium
et ille talis sindicus qui constitutus non possit renuntiare defen-
sionem comunis seu ipsius sindicatum nisi ex iusta causa que sit
approbata per dictum potestatem et capitaneum. Quod clavatam et
cloace exeuntes in viam murentur.

xxv. Et statutum et ordinamus quod quilibet clavatum vel cloacam
qui cloacam habet vel exire vel venire de suis
privatis vel viam alem et plateas potestas teneatur murari
facere de muro vivo cum calce usque ad v pedes sup-
ra terram ita quod claudatur totaliter et appareat turpitudo in-
non possit et hoc fiat sumptibus et expensis illorum quorum sunt vel

12v

fuerit clausum vel cloaca. **Quod potestas et capitaneus teneantur dare fortiam capitaneis artium et societatum. Et quod faciant deferri sibi omnia brevia artium et societatum et ipsa examinent.** (marginal note: Quod potestas et capitaneus teneantur dare fortiam capitaneis artium et societatum et quod faciant deferri sibi omnia brevia artium et societatum et ipsa examinent)

XXVI

Item si quis de artibus et societatibus non paruerit et non fecerit ea que a suis capitibus mandarentur pro bono sue artis et societatis et statu communis et populi Spoleti, potestas et capitaneus teneantur dare fortiam ipsis capitibus ad cogendum eum qui non paruerit seu paruerit in predictis vel rebus ita quod faciat et observet ea que iuravit et sacramento est astrictus pro bono societatis et artis et populi communis Spoleti quandocumque potestas sive capitaneus a capite artium et societatis fuerit requisitus. Et si potestas vel capitaneus fuerit negligens puniatur a potestate sequentis anni in xxv libris. Et quod potestas et capitaneus infra duos menses sui regiminis faciat venire et deferendum eis omnia brevia artium et societatum et ipsa examinent et videant et que invenerit iusta et non contra breve populi et communis. Et que non sit contra seu contra aliquid contra breve novarum societatum et omnium et singulorum reformationum factarum et faciendarum per priores novarum societatum et priores priorum novarum societatum qui pro tempore erunt semper inter debent esse una cum predicto domino potestate et capitaneo ad examinationem faciendam et ad approbationem et confirmationem predictorum brevium artium et societatum et illa rata et firma habeant et que iusta et fuerint per ipsos et in manibus habeant et ipsa proprie non observari et faciat quod non observentur. **De pena facientium aliquam conventiculam vel conspirationem vel coniurationem.** (marginal note: De pena facientium aliquam conventiculam vel conspirationem vel coniurationem)

XXVII

Item quod si quis civis Spoleti vel aliquis nostri districtus fecerint aut iuraverint pro(s)fuerint aliquam conventiculam, coniurationem vel conspirationem sine speciali licentia potestatis vel capitanei vel consiliariorum communis Spoleti, excepto ipsi conventicule coniurationes et conspirationes vel societatis puniatur in C libris et expellatur toto ipso anno de civitate et eius districtu et notarius vel alius scriptor qui predicta scripserit puniatur in C libris et quilibet alius qui in ipsa conventicula steterit vel conspirationem fuerit puniatur in libris L denariorum et nichilominus potestas vel capitaneus ipsas conventiculas, coniurationes et conspirationes cassari et irritari facere teneatur et potestas possit de his inquirere ex suo officio sine denuntiatione vel accusatione et punire inventos culpabiles ut supra dictum est. Et si potestas fuerit negligens in predictis vel aliquo predictorum condempnetur per capitaneum communis Spoleti in L libris. Et priores novarum societatum et capitanei societatum novarum et consules et anthiani cum predicto potestate vel maiori parte eorum et capitaneus et anthiani vel maior pars ipsorum possint quandocumque et quotienscumque eis placuerit congregare homines civitatis Spoleti in ea quantitate que eis placuerit et facere sibi iuramenta et homines predicti teneantur ad mandata ipsorum et quilibet notarius possit licite scribere super hiis quicquid fuerit scribendum et potestas teneatur dare fortiam vel alteri ipsorum baiulos et bailos pro bonis et aliis factis ad voluntatem predictorum pro bono statu communis Spoleti et artium et societatum. Et hoc capitulum sit precisum huic nullo alio obstante. Et additum est huic capitulo quod potestas nec capitaneus nec aliquis ipsorum non possit dare licentiam alicui ut faciat aliquam conventiculam, iuram vel conspirationem absque priore novarum societatum et sine eius speciali licentia. Et si contra fecerit potestas vel capitaneus quilibet eorum in CC libris condempnetur per priores predictos. Et quod non solum facientes iuram vel conspirationem puniantur in dicta pena sed etiam illi qui ausi accedunt cum fuerint suspecti. **Quod potestas et omnes officiales teneantur observare precepta domini inquisitoris.** (marginal note: Quod potestas et omnes officiales teneantur observare precepta domini inquisitoris)

XXVIII

Item quod potestas et alii sui officiales et alii communis Spoleti teneantur precise observare et observari facere omnia et singula precepta que et quando et qualia dominus inquisitor hereticae pravitatis per se vel per alium fecerit vel fieri fecerit circa sui officii vel circa suum officium. Et si potestas fuerit negligens et non paruerit precepta facta et facienda per dominum inquisitorem vel alium eius mandato solvat et solvere teneatur de suo salario C libras pro vice qualibet et communi

(marginal notes: pro ... ; quaestiuncula; B; XXXI)

Spoleti applicetur. Et quod nullus teneatur eidem potestati vel ei vicario obedire. Et nulla sententia sive sententie per eos late valeant, immo nullius valoris et penitus sint momenti. Et si que precepta per ipsum dominum potestatem facta fuerint non valeant, nec precepta nec sententie facte vel late per eundem dominum potestatem executioni mandentur. Et hoc capitulum sit precisum, nullo alio capitulo constituti vel brevis presentis huic obstante, immo hoc capitulum permaneat semper firmum et ratum. Et si quod capitulum esset contra vel diversum, nullius sit momenti. Quod capitulum tolli vel removeri non possit per capitaneum artium et societatum vel antianorum vel aliquam aliam hominum congregationem vel ordinatam aliquam.

Quod potestas et capitaneus et omnes officiales communis teneantur dare fortiam domino inquisitori

XXVIIII. Item quod potestas et ceteri sui officiales et alii communis Spoleti teneantur prestare ipsi et capitaneo dare fortiam et auxilium et favorem inquisitori heretice pravitatis, secundum quod inquisitor petierit, ad hoc ut suum officium possit et debeat efficaciter adimplere; et teneantur observare constitutiones super hoc per sedem apostolicam factas, hac etiam ordinatione.

Quod capitula statuta contra hoc breve sint nullius valoris.

XXX. Item si que essent capitula constituti facta, stabilita et ordinata in statuto communis Spoleti contra ipsum commune Spoleti vel in preiudicium ipsius communis vel alicuius persone per se vel alicuius universitatis communis Spoleti, civium vel districtus, vel contra hoc ordinamentum vel contra hoc breve vel contra aliquod huius brevis capitulum, non valeant nec teneant ipso iure, immo penitus nullius sint momenti.

De pena potestatis et aliorum officialium recipientium ultra salarium sibi concessum.

XXXI. Item quod potestas communis Spoleti qui est et eius officiales non possint nec debeant habere plus salarium nec aliquid aliud nisi salarium ipsi concessum per capitulum constituti. Et si potestas per se vel per alium receperit, vel aliquis alius officialis, ultra id quod concessum est ex forma dicti constituti, puniatur in C libris, et quilibet alius officialis in C libris pro capite, quod camere communis applicetur. Et nullus per se vel per alium, nec consilium generale vel speciale, nec aringa possit nec debeat ipsi potestati vel eius officialibus aliquid concedere vel donare vel dare de pecunia seu de rebus communis, nec per ambassiatam vel exenium vel equos vel extimationem equorum ipsius potestatis vel rebus aliis, contra illud quod concessum est ex forma capituli constituti supra [illegible], et quilibet dicens per ambassiatam et non aliter, et qui contra fecerit in C libris pro capite puniatur et removeatur ab officio in quo est, et in [illegible] proditor communis Spoleti pro habeatur et ab omni officio sit remotus. Quam capitaneus debeat contrafacientes condempnare et ab eo condempnationes exigere omni appellatione remota, et totam penam applicare communi. Et hoc capitulum non possit removeri per aringam vel consilium, nec aliquis possit absolvi. Et hoc legatur ante electionem potestatis publice in consilio vel aringa. Et si capitaneus fuerit negligens ad puniendum, in libris L per reformatores sequentis anni puniatur. Et si reformatores eum non condempnaverint, per potestatem sequentis anni in eadem pena [illegible] puniantur, que camere communis applicetur. Et consules artium et societatum et capitaneus artium et societatum et omnes homines artium et societatum debeant dare fortiam capitaneo communis predicti ad exigendum eas condempnationes que per ipsum fierent. Et potestas non possit petere sindicari a communi de consulendo ipsum in tempore; et si aliquis [illegible] fuerit sindicus, et si peteret et fieret, sindicus non valeat ipso iure. Et capitaneus teneatur facere poni hoc breve in breve [illegible] in brevi presenti. Salvo quod ante electionem et deliberationem potestatis possit deliberari de salario dando sicut videbitur consilio generali. Et hoc capitulum sit precisum, huic nullo aliquo alio capitulo vel ordinamento [obstante]. Et quod potestas teneatur hoc capitulum legi facere in consilio generali omni mense et

Lege omni mense in consilio.

id quod dictum est de potestate et eius familia intelligatur de capitaneo et eius familia

De ianuis portis civitatis Spoleti

XXXII. Item quod quinque porte communis Spoleti et civitatis eiusdem principales, videlicet porta sancti Laurentii et porta sancti Petri, porta pusterula, porta sancte Eufemie, porta pontis, mane debeant esse libere et absolute a terra usque ad celum per unam perticam quam per intus et extra et super stratam et quicquid esset factum vel impositum, illud potestas faciat removeri infra unum mensem sui introitus et capitulum hoc observari cogatur potestas omni appellatione remota et si potestas fuerit negligens in predictis in XXV libris per capitaneum puniatur salvis eo quod est appositum pro ornamento et quod continent imagines dictarum portarum

De pena depredantis aliquem pro hominatitiis

XXXIII. Item quod quicumque depredator fuerit aliquem pro hominatitiis vel dixerit aliquem esse suum hominem et non probaverit dominium dictorum hominum talis qui passus est iniuriam querimoniam porrexerit et negaverit se esse hominem illius domini potestas puniat ipsum predantem in C libris et ablata et depredata restituere teneatur sub predicta pena et de predictis stetur et credatur sacramento talis offensi cum pluribus uno idoneis testibus vel cum fama publica bonorum testium et dominorum

Quod nullus possit constringi ad prestantiam faciendam

XXXIIII. Item quod potestas nec capitaneus nec aliquis alius officialis possit nec debeat constringere aliquem ad prestantiam aliquam faciendam communi et sindico communis et nemine constringere possit nec debeat ad fideiubendum vel ad obligandum se principaliter pro aliqua prestantia seu deposito pecunie faciendo vel aliquem mutuum alicui faciendo et si quis fideiusserit vel se principaliter obligaverit pro aliqua pecunia quam ad manus camerarii vel sindici communis pervenerit talis fideiussor vel principaliter obligatus non possit nec debeat cogi in personam vel rebus suis pro dicto satisfaciendo vel obligatione et potestas vel alius officialis communis sed commune Spoleti teneatur et debeat ipsum debitum satisfacere et ipsum et ipsos indempnes. Et si potestas vel capitaneus vel alius contra venerit puniatur in L libris. Et capitaneus in XX libris a potestate sequentis anni. Et potestas et capitaneus non possit absolvi per consilium generale nec speciale vel arengam, salvoque de debitis antea factis per commune vel tempore communis de quibus apparent instrumenta quod potestas teneatur facere redimi omnes obligatos pro ipsis debitis et solvere debita communis antea facta de quibus apparent instrumenta per sindicum communis facta. Et potestas et capitaneus simul prestantia et mutuum ponere possint illi vel illis personis quibus eis videbitur cum voluntate prioris novarum societatum et consilii generalis vel maioris partis ipsorum

Quod potestas nec aliquis de sua familia non possit arbitrium petere

XXXV. Item quod potestas nec aliquis de familia sua possit vel debeat arbitrium petere per se vel alium in consilio vel arenga nec in alio loco et quod non possit sibi dari arbitrium per consilium vel arengam ullo modo et si daretur vel reciperet non valeat ullo modo ipso iure. Et de hoc non possit absolvi per sindicum ad hoc ordinatum. Et si potestas per se vel per alium petierit puniatur per capitaneum communis Spoleti in C libris denariorum quod communi applicetur. Et quicumque dederit vel insticatus fuerit dare puniatur in L libris per capitaneum. Et hoc capitulum sit precisum, huic nullo alio obstante.

Quod capitaneus infra octo dies post correctionem statuti faciat fieri correctionem brevis populi

XXXVI. Item statuimus et ordinamus quod capitaneus qui pro tempore fuerit teneatur et debeat infra octo dies post correctionem statuti communis ponere ad consilium capitaneorum artium et novarum societatum et quattuor adiutorum de corrigenda brevis populi facienda et per quos et qualiter sit facienda dicta correctio et quicquid deliberatum fuerit per dictum consilium exsecutioni

legatur ... capitula ... in ...

tioni mandetur dum (tamen) per notarium secundum curiam debeat semper interesse correctioni dicti brevis et habeat potestatem ad corrigendum, et quia unus ex dictis correctoribus ad scribendum dictum breve sit unus de notariis potestatis et notarius capitanei sine ullo salario vel mercede, iustis expensis comunis, sicut habebunt correctores.

XXXVII

Quod potestas et alii officiales possint ius reddere et tenere secundum formam statutorum et brevium populi.

Item potestas et alii officiales possint ius reddere et tenere secundum formam statuti et brevis populi. Et si quis [illegible] comitatensis vel forensis impetraverit licteras in principali causa vel in appellationis contra formam privilegii statuti et ordinamentorum populi et comunis Spoleti contra aliquem de civitate vel districtu Spoleti vel contra comune Spoleti vel aliquem civem fecerit in principali causa extra districtum et curiam Spoleti, si de ipsa cognoscere in civitate Spoleti poterit ius habere vel si aliquis officialis vocari fecerit vel contra dictas licteras impetraverit ab ipsa curia. Et officiales sui officium non exercent secundum formam statuti et dicti brevis vel impedimentum in suo officio prestant possint tales impetrationes licterarum contra comune Spoleti vel specialem personam stante accusa alius potestas teneatur punire et condempnare in L libr. et ipsum bannum auferre et si non invenirentur potestas ipsum faciat exbanniri in dictis L libr. et potestas cogat iudices usque ad secundum gradum impetrantis et ad reducendum ipsam cognitionem in civitate Spoleti secundum tenorem dicti statuti. Et si potestas vel capitaneus in predictis fuerit negligens puniatur quilibet eorum in C libris per sindicatores sequentis anni quod bannum et pena comuni applicetur. Et hoc capitulum sit precisum.

Leg. omnes

Nota de illis qui litteras impetraverint contra aliquem vel contra comune Spoleti.

Item quod nulla terra vel universitas civitatis Spoleti vel districtus vel alia comunitas que ad hoc vel contra comune Spoleti [illegible] vocem vel vocari faciat contra comune Spoleti vel aliam specialem personam in prima [illegible] vel alia contra privilegia et antiqua consuetudine et iurisdictionem [illegible] in civitate Spoleti. Et qui contra fecerit si fuerit specialis persona habeatur pro proditore comunis Spoleti et eius bona destruantur et possit ab aliis impune offendi in avere et persona et non debeat audiri pro eo ab aliquo officiali comunis Spoleti et non possit esse rector in aliquo officio vel electione in civitate vel districtu Spoleti. Si autem universitas fuerit vel villa contra faciens habeatur pro proditore comunis Spoleti et sit in perpetuum destructionis et devastationis et possit a quolibet impune offendi. Et omnes qui contra fecerint debeant registrari in libro comunis Spoleti. Et potestas omni [illegible] legi faciat in consilio vel arenga quando officiales fient qui ab eius officio [illegible] et in [illegible] privilegium. Et si potestas vel alii predicti fuerint negligentes perdat de suo salario L libr. et tale privilegium nomine defendatur per comune Spoleti expensis comunis Spoleti et hoc fieri faciat ad petitionem talis civis [illegible] quod potestas restitui faciat [illegible] expensis ab eo qui [illegible] vel civis fecerit.

XXXVII

Leg. omnes

Nota de illis qui fecerint vocem contra comune Spoleti vel alia contra privilegia.

De pena extrahentis causam extra civitatem comunis Spoleti contra formam et iurisdictionem ipsius comunis.

Item dicimus et ordinamus quod nullus per se vel alium faciat [illegible] causam extrahere vel extrahi faciat principalem causam extra formam et iurisdictionem comunis Spoleti [illegible] contra formam privilegiorum [illegible] comunis Spoleti. Et qui contra fecerit puniatur a potestate [illegible] et erit per [illegible] quadringentis [illegible] et si fecerit aliquis civis extra curiam Spoleti et [illegible] hoc fecit fieri et [illegible]

XXXVIIII

Leg. omnes

mare ad petitionem cuiuslibet de civitate et districtu Spoleti. Et si potestas fuerit negligens in predictis puniatur et puniri possit a rasionatoribus sequentibus in medietate salarii sui quod capitulum sit precisum huic nullo alio obstante quod capitulum non possit rumpi per vigeriam vel consilium vel aliquid aliud ordinamentum vel capitulum. Et semper precisum remaneat ad hoc ut nulla questio principalis extra curiam Spoleti trahatur. Et nichilominus dictas penas teneatur punire et facere in nullis appellationibus quas civitas vel vocatus fecerit occasione dicte cause. Et de hoc prestet sacramento vocatus. Et si vocatus vel vocati secus non poterit [illegible] condempnetur [illegible] consanguinei ipsi vocatus usque ad tertium gradum et non possit aliquod officium habere a communi et quod de omni eo quod potestas fecerit in predictis et qualibet predictorum non possit sindicari a communi vel speciali persona et de gestis contravenientis nulla habeat cognitionem. Et ipse capitulum de predictis non possit in aliquo sindicari et potestas fuerit in aliquo et eius officio [illegible] condempnetur a communi Spoleti de predictis.

Quod nullus appellet a sententia lata per privilegia papalia.

Item statuimus et ordinamus quod nullus appellet per se vel alium ab aliqua sententia vel processu facto et facto contra ipsum per aliquem officialem communis Spoleti per privilegia papalia et qui contrafecerit puniatur a potestate in tertiam quantitatem de qua appellaverit et plus suo arbitrio inspecta conditione. Et nichilominus ipsius pecunia de qua appellatum fuerit teneatur de facto executioni mandare omni exceptione appellationis remota. Et teneatur procedere non solum contra appellatorem sed etiam contra cappellanos appellantis vel quibus videbitur et potestas et qualibet alii officiales de omni eo quod fecerit de predictis vel aliqua predictorum non valeat sindicari ab aliquo nec molestari a communi vel speciali persona omni appellatione et exceptione remota. Et de gestis contravenientis nulla habeat cognitionem.

tionem. Et ipse capitulum de predictis non possit ab aliquo sindicari et potestas fuerit indempnis et alii officiales communis et non indempnis de predictis. Quod potestas teneatur quolibet mense facere legi infrascripta .xx. capitula in consilio

Item statuimus et ordinamus quod potestas quinque capitula infra scripta teneatur facere legi facere in consilio generali omnia ista capitula de hoc ad observandum semel qualibet mense et ipsis ita lectis capitulis in consilio predicto debeant testari et de predictis quod ea omnia fuerit et observare et executioni mandare prout scripta sunt debeant. XLI

Quod de crispitis accipiat pensio a mercatoribus.

Item quod de crispitis et de tempetis accipiat pretio a mercatoribus sicut consuetum est temporibus retroactis scilicet lxxii libras usque quod commune Spoleti faciat crispitis tractum sicut consuetum est non facere mercatores communis velle eas crispitas et tempetas eorum communis Spoleti accipiat pretium de illis quos voluerit sicut capitulum fidem existimationem faciat de ipsis crispitis et tempetis. XLII Quod potestas et capitaneus teneantur facere fieri custodiam in strata Vallis Stricture.

Item quod potestas et capitaneus teneantur facere fieri custodiam in strata Vallis Stricture ne mercatores et alii transeuntes possint offendi ab aliquo vel aliquibus in ipsa strata vel circumstantiis. XLIII Que custodia fiat per homines de [illegible] scilicet [illegible] Achanni, Montis Frasce, Baciferri, Vallis Cardeti, Vallis Stricture, territorii Pirotochi, Aque Cistarne, Vallis Sancti Martini per totum mensem augusti et septembris. Ita quod mercatores et alii viatores transeuntes ab aliquo non offendantur. Et si aliquis aliquem offenderit in dictis locis homines dictorum locorum teneantur et debeant ipsum dampnum emendare et ipsos malefactores studeant capere et presentare ad singulare Spoletanam potestati. Et teneatur potestas singulis mensibus suis sui temporis facere venire duodecim homines de circumstantiis ad habendum in contrata Sancti Pauli capitulum [illegible] in eo loco in quo videbitur potestati et consilio [illegible]

et anch(ora) et debeant habere dictam similem immunitatem
ab aliis collectis et factionibus quas facere debet com(mun)e Spoleti
seu castris vel villis usque ad .xx. annos et ha-
beant auxilium a com(mun)i Spoleti prout placuerit ei et
debitum consilio generali. Et si potestas predicta non fecerit
puniatur in .l. libris den(ariorum). De immunitate concedenda
venientibus ad habitandum in castrum Pisingnani

xliii Item quicumque extra districtum Spoleti voluerit venire ad
habitandum in castro Pisingnani sive ad castrum Pising-
nani concedatur ei immunitas per com(mun)e Spoleti .xx. annos.
pot. et cap. Et quod potestas et capitaneus teneantur ei dare auxilium consilium
et favorem et ipsos manutenere et hoc capitulum sit precisum
hinc nullo alio obstante. Quod potestas faciat eligi omnes
officiales octo diebus ante kalendas Januarii

xlv Item potestas qui fuerit electus pro anno futuro in civitate Spoleti
ipse potestas teneatur et debeat facere fieri eligi omnes offici-
ales suos quos debet habere in principio sui officii si
licet in illis octo diebus quibus ipse venire tenetur ante kalendas
Januarii. Et quod potestas nec capitaneus [illegible]
possit dare pro aliquo [illegible] prorogare neque ipse
absolute qui venire tenetur .viii. diebus ante kalendas Jan(uarii)
sic per licentiam com(mun)is Spoleti fuerit [illegible]
De pecunia accepta ad usuram per com(mun)e restituenda

xlvi Item si quis concesserit com(mun)i sive pro com(mun)i mutuo ad u-
pot. suram aliquam pecunie quantitatem acceptam potestas teneatur
fiat infra duos menses postquam recepta fuerit .s. ante quam dicti
duo menses compleantur facere reddi et restitui dictam quanti-
tatem illis personis a quibus accepta fuerit vel eorum de pecunia
com(mun)is si erit in camera com(mun)is et si non erit imponat col-
No. de col lecta imponenda lectam in civitate et districtu Spoleti pro solutione dictorum de-
bitorum. Item quod dicta debita seu quantitas que mutuo re-
cepta non possit nec iam debeat ad usuras ultra duos
menses. Et si potestas fuerit negligens et predicta non fecerit
p. et non servaverit in .c. libris per rationatores [illegible]

anni puniatur de suo salario et hoc capitulum hinc
nullo alio obstante sit precisum.
Quod bauli civitatis Spoleti non possint mitti quod bauli
fiant per villas Spoleti.

Item quod nullus baulus com(mun)is Spoleti nec aliquis de civitate xlvii
Spoleti possit nec debeat ire nec mitti quod bauli fiant
per villas Spoleti. Et camerarius com(mun)is Spoleti persolvat Fiat in villas
et pagare possit aliam vel aliquos sive baulus qui fuerint
anno presenti quod ipsi debeant congregare homines dictarum villarum
et quilibet baulus ville sue ad faciendum fieri
electiones baulorum, saltariorum et aliorum officialium sic-
ut actenus fieri consuevit. Et camerarius persolvat sub pena
.c. solidorum quod fiat infra octo dies et hoc capitulum sit
precisum hinc nullo alio obstante.
De pena receptantis exbanditos

Item statuimus et ordinamus quod nullus sit vel inventus xlviii
audeat vel presumat retinere vel receptare vel dare
bibere et comedere vel facere aliquem exbannitum com(mun)is No. de exbannitis non retinendis sub pena
Spoleti et qui contra fecerit si sit [illegible]
et condempnatus solvat in .xxv. libris si fuerit inventus
condempnari debeat in .l. libris. Et quod nullus sit audeat
vel presumat liberare [illegible] vel possessiones alicuius ex- Super exbanditis
banniti pro maleficio sub pena predicta et illi [illegible]
castrum in quo reperiretur possessio alicuius exbanniti de labo-
rare possit et debeat condempnari ac si receptasset dictum
exbannitum [illegible]
vel capitulo tale [illegible] liberare bona que fuerint
alicuius exbanniti et publicata erunt com(mun)i sub pena
supra recepta. Et quilibet possit offendere exbannitos pro
maleficiis in persona et predictam locum habeant in exban-
nitis pro maleficiis tantum.
De pena incidentis lingua in [illegible]

Item quod nullus possit incidere alicui linguam in [illegible] xlix
[illegible] sine licentia potestatis capitanei [illegible]

De monte luco [illegible]

De pena sindici co(mmun)is cuius negligentia questio co(mmun)is perderetur

et anch(or)a et stips de stir puniatur .x. sol(idis) pro qualibet vice.
Item q(uod) nullus possit pasturare, facere aliquas bestias in
dicto monte luco, et qui contra fecerit puniatur pro qualibet bestia
in .v. sol(idis). et quilibet possit accusare, et p(ro)bacione, et credatur
dicto accusatori cum sacramento se non facto. et habeat
medietatem banni. Et teneatur in [illegible] et possit bestias
ducere ad palatium. Additum est huic capitulo q(uod) eligatur
unus bonus homo, et debeat habere p(ro)pter bannum .s(cilicet). medieta-
tem, ille talis accusator.

Quod om(ne)s defensores cerei et blanie in vigilia s(an)c(t)e M(ari)e de agusto portent ipsa p(ro)p(ri)a p(er)s(on)a [illegible]

Item statuimus et ordinamus q(uod) om(ne)s illi, de castris Spoleti
q(ui) defendit et [illegible] seu [illegible] ipsi co(mmun)i seu came-
rario ipsius co(mmun)is cerea et blanias in vigilia seu festo
s(an)c(t)e Marie de agusto teneantur et debeant in vigilia dicte
festivitatis ire cum dictis cereis et blaniis per civitatem
et burgos Spoleti cum domino potestate et sua curia et
portare debeant, et teneantur quilibet ipsorum cereum seu bla-
niam sui castri per dictam civitatem ad honorem et reveren-
tiam beate Marie virginis in vigilia ipsius. Et hoc capitulum
sit precisum.

Quod strata vallis Camorii et Orgiani custodiatur

Item statuimus et ordinamus q(uod) potestas et capitaneus civitatis
Spoleti teneantur et debeant facere custodiri stratam vallis
Camori et Orgiani. vid(elicet) in territorio [illegible] per homines
castri Camori et Orgiani. Et Spine et aliorum adiacentium
ita q(uod) mercatores et alii transeuntes cum rebus suis et
sine rebus possint libere et secure ire et redire. Et q(uod) ab
aliquibus vel aliquo minime offendantur in ipsa strata vel [illegible]
custodibus. Et predictam custodiam fieri facere teneatur per
predictos homines per totum mensem aug(usti) et septembris et alio
sicut videbitur fore faciendum. ita q(uod) transeuntes nul-
latenus offendantur in dictis locis, et homines dictorum locorum
teneantur et debeant ipsum dampnum emendare nisi invenerint
capere malefactores et potestati Spoleti [illegible] assignare

De pena sindici co(mmun)is cuius negligentia questio
co(mmun)is perderetur.

Item ad hoc ut iura et negotia co(mmun)is Spoleti non ledantur
statuimus et ordinamus q(uod) quicumque fuerit et est sindicus co(mmun)is Spoleti
in romana curia vel in aliis locis dum duras ob culpam vel ne-
gligentiam aliquam questionem co(mmun)is Spoleti amicterit q(uod)
potestas co(mmun)is Spoleti teneatur talem sindicum constringere et
facere emendari de bonis dicti sindici co(mmun)is Spoleti et
si bona dicti sindici non sufficerent seu etiam non valeat
q(uod) potestas ipsum faciat exbanniri et habeatur pro proditore
co(mmun)is Spoleti et si potestas fuerit negligens in predictis solvat
de suo salario .c. lib(ras) et hoc capitulum sit precisum huic
nullo alio obstante. Et hoc locum habeat in futurum. hoc
addito q(uod) quicumque fuerit electus sindicus in predictis curiis tene-
atur dare idoneos fideiussores de .c. lib(ris) de predictis omnibus
et singulis observandis. Et nullus possit esse sindicus co(mmun)is
Spoleti nisi fuerit laicus.

Quod not(arius) camerarii co(mmun)is sit forensis

Item notarius camerarii co(mmun)is Spoleti sit forensis pro anno
futuro et habeat et habere debeat pro suo salario salarium
quod sibi ordinabitur seu ordinatum fuerit per consilium generale
et nichil recipiat pro aliqua scriptura vel conscriptura ali-
cuius officialis sibi commissi a co(mmun)i Spoleti ultra dictum salarium
ad penam .x. librarum pro qualibet vice quod bannum cum ap-
paruerit et potestas illud bannum si contra fecerit exigere
teneatur. Addito quod electio dicti notarii fiat prout
placuerit consilio generali. Et potestas teneatur unum
de suis notariis deputare ad scribendum omnes introitus
et expensas co(mmun)is Spoleti et camerarius non possit
aliquem introitum recipere nec expensam facere sine presentia
dicti notarii. Et quicumque notarius potestatis [illegible]
camerarii receptis introitu et expensis fecerit scribere
manu propria in quaterno per se in quo [illegible] libri [illegible]

Dampni — No(ta) de cereis et blaniis — Custodia — liij — pot — No(ta) de sindicis — liiij — De not(ario) cam(erarii) et pot(estatis) — fiat

decorum notorum si notarius eorum et notarius potestatis concordes habeant plenam fidem in aliquo autem non credatur. Et notarius camerarie non possit aliquid de sua recipere de instrumentis communis ullo modo, set ipse camerarius recipiat pro se.

lv Quod potestas et quilibet eius officialis teneatur sui sindicatum.

Item quod potestas et eius miles et quilibet suorum officialium teneantur ire in exercitum et cavalcatam et facere ambasiatas que sibi imponerentur per commune suum expensis. Salvo quod possit habere xx solidos quolibet die pro ambasiata nichil recipiendo contra personam a dicto communi vel hominibus dicti communis. Et si predicta non fecerit puniatur in L. libris de suo salario pro qualibet vice.

lvj Quod potestas, judices et notarii potestatis non teneant aliquem notarium civitatis ad bancum ubi jus redditur.

Item potestas judices et notarii potestatis teneantur vinculo juramenti non tenere ad banchum in quo ipsi vel aliquis ipsorum moratur aliquem civem Spoleti causa scribendi nec aliqua causa nec alicui scribi facere aliqua scriptura causa criminalium que pertinet ad officium ipsorum nisi ei exemplandi quod ei exemplavit ipse notarius et aliquid aliud non stet nec moretur ad banchum ipsorum. Et si potestas contrafecerit puniatur de suo salario in libris L. et judex in xxv libris et notarius potestatis in x libris. Dum omnes officiales teneantur dare libros et copiam omnibus et singulis notariis ad voluntatem petentis ad copiandum acta et scripturas ipsorum librorum. Hoc capitulo nullo alio obstante.

lvij De cereis et bravio castrorum comitatus dandis operario ecclesie sancte Marie.

Item quod potestas teneatur vinculo juramenti precise facere dari et adsignari omnia cerea et bravia que homines castrorum civitatis Spoleti in festo adsumptionis beate Marie virginis de mense augusti operario ipsi eadem sequenti die post ipsum festum vel ipso festo quo celebratur festo ad hoc dant ceream bravium in opere dicte ecclesie quicumque teneantur. Et si potestas fuerit negligens in predictis et predicta fieri non fecerit puniatur in C. libris a rationatoribus sequentis anni. Et hoc capitulum sit precisum, hoc nullo alio obstante.

lviij Quod platea fori sit recta expedita et ampliata.

Item quod platea fori recta et expedita et ampliata per commune Spoleti sicut patet publicis instrumentis vel documentis scriptis manu Petri de Puteo notarii et Massariani Philippi tempore potestarie domini Ursi de filiis Ursi potestatis Spoleti et vicariatus domini Tusciani de Sueto et capitanie domini Thomasii de Puteo sine teneatur ipso expedita omnino rus domnorum esse. Salvis et reservatis pactis contentis instrumentis emptorum. Et siquis ausu temerario dictam plateam occupaverit contra formam continentem predictorum incurrat penam et bannum pro vice qualibet C. solidorum. Et nichilominus impedimentum et occupationem tollat in totum et removeat. Et potestas teneatur quolibet die sabbati unum de suis notariis mictere ad videndum predicta.

lix Quod in festivitate sancti Johannis martiris, sancti Gregorii, sancti Baractalis, sancti Pontiani et Juliani non reddatur jus.

Item quod festivitas sancti Johannis martiris qui fuit olim archiepiscopus Spoletanus, corpus cuius sancti Johannis recolitur in civitate Spoletana, geratur et celebretur xiij. kalendas octubris, nec non et festivitas sancti Gregorii et sancti Baractalis et sancti Pontiani et Juliani in civitate Spoleti et sub burgis Spoleti, cum predicti martires gloriosi firmiter sit firmiter credendum quod eadem civitas a viciis et periculis semper liberent, in predictis festivitatibus jus aliquod non reddatur.

lx De castro seu reducto faciendo hominibus qui fuerunt et sunt de Spina.

Item quod potestas et capitaneus communis Spoleti teneantur vinculo juramenti facere fieri unum castrum sive reductum hominibus qui fuerunt et sunt de Spina eorum expensis si ipsorum

hominum et colle qui est super domum rectorum iusta fossatum
qui descendit seu venit de monte publico usque in pede dicti
pot. et cap. collis ubi melius videbitur pro comuni Spoleti. Predicti potestas
et capitaneus potestas cogat predictos homines de Spina veni
re ad habitandum in ipso castro seu reducto et predicti
pot. et cap. potestas et capitaneus teneantur facere sindicari fieri pro comune
Spoleti ad faciendum et recipiendum pro comuni a predictis hominibus
de Spina de Aceta promissiones ut tenebitur ut alii
homines de castris Spoleti et dicti ipsis hominibus de Spina
et Aceta una potestas pro comuni Spoleti adeo quod dicti homines
de Spina et Aceta teneantur dare et solvere comuni Spoleti
pro focolare illud quod placuerit consilio generali comunis
Spoleti. Et remictantur dictis hominibus de Spina per comune
Spoleti collectas duorum annorum. Et hoc capitulum sit
pot. precisum nullo alio obstante sequente vel precedente. Et potestas
teneatur precise ponere hoc in consilio generali comunis Spo
p. leti in primo mense sui regiminis sub pena C librarum.

De necessariis privatis versatoriis et clavaciis comunalibus in via publica claudendis

lxj Item statuimus et ordinamus quod omnia et singula necessaria
sive privatam versatoria aque et huiusmodi talia vel
sive vel que erunt in aliqua via publica seu vicinalem
vel in aliqua platea vel capalenna vel etiam in via et
per via que it ad aliquam ecclesiam ubicumque per civitatem
Spoleti claudantur et sub terra mictantur omnino ita quod
non appareant aliquo modo. Et si per via vel clavacium
aliquod [illegible] civitatis mictatur in ea vel [illegible] sine [illegible]
[illegible] aliquod [illegible] quod predicti fiant expensis illorum quorum
sunt. Et qui dicent ius habere in predictis non preiudicet
pot. de iure illorum quorum erit. Et potestas faciat fieri et
tenere ad perpetuas cuilibet predictis infra mensem
sui regiminis. Et si non fecerit puniatur a ratio
p. natoribus sequentis anni in L libris. Et hoc capitulum
sit precisum alio non obstante. Et quicumque habuerit

aliquod necessarium in aliqua sua domo quod offendit aliquem sive
convicinum debeat eum ita aptare quod non offendat aliquem
convicinum suum et si non fecerit puniatur in XX libris.

Quod domus que est in platea fori sit libera. Et quod potestas faciat ipsam aptari

Item statuimus et ordinamus quod domus posita in platea fori lxv
sit libera et absoluta iuxta vias undique et quatuor gradi
bus [illegible] prendantur. Et potestas teneatur facere ipsam domum aptari pot.
et coperiri et facere custodiri in bono statu. Et quod nullus civis
vel alia persona faciat aliquod impedimentum in ipsa domo
et circa ipsam domum vel turpitudinem facere iuxta ipsam
domum et qui fecerit puniatur pro qualibet vice in X libris.
Et potestas faciat omni mense inquisitionem. Et si potestas fuerit pot.
negligens puniatur in C libris per rationatores sequentis p.
anni.

Quod nepos non succedat avo materno

Item dicimus et ordinamus quod nullus nepos vel pronepos succedat lxvj
vel succedere possit avo materno ex quo mater ipsius fuerit
dotata et sic mater non admicteretur ad successionem ita non
admictatur filius vel nepos salva dispositione defuncti.

Quod nuces amidole et res alie vendantur ad coppa rasam

Item dicimus et ordinamus quod nuces amidole et res alie que vendu lxvij
ntur seu emuntur ad coppa vendantur ad coppam rasam et
non ad culmam et quicumque aliter vendiderit solvat bannum
C solidorum pro qualibet vice. Et hoc legatur in prima contione et [illegible]
faciat bandiri per civitatem et burgos. Et quilibet possit accusare
et habeat tertiam partem banni. Et hoc capitulum sit precisum
nullo alio obstante.

Item si aliquis commiserit aut commicti fecerit aut manda B
verit aliquod maleficium fieri seu aliquem offenderit de die
vel de nocte in civitate Spoleti preter penam in statuto appositam

domi ei radicitus destruatur et eius possessiones ei de-
vastentur et arbores ei incidantur aliquo capitulo statuti vel
brevis populi non obstante. Addito quod dicto capitulo
quod dicta destructio ipsorum bonorum fieri debeat facta
prima citatione populi talis homicide absque alia condem-
pnatione et hoc facere debeat infra tres dies facta
prima citatione populi sub pena .C. librarum denariorum
cortonensium. **Quod potestas et capitaneus teneantur posse manutenere et defendere omnes artes et societates civitatis Spoleti.**

lxvj Item quod potestas et capitaneus civitatis Spoleti teneantur posse
manutenere et defendere et in bono statu tenere
et bona conditione omnes artes et societates civitatis Spo-
leti et eius districtus et eorum auctoritatem et adcrescere
suo posse et si aliquod capitulum constitutum est ordinatum
vel factum contra eas vel aliquam earum vel in earum preiudi-
cium vel gravamen vel contra earum breve vel aliquod earum
sit irritum cassum et nullius valoris et hoc capitulum sit preci-
sum, hinc nullo alio obstante. Hoc addito quod quelibet
ars et societas sit et esse debeat numero .xxx. ho-
minum et societas .xxx. et ab inde infra si aliqua minuatur
vel reperiatur per arte et societate nullitatem habeat si-
cut alia arte si simili possit libere aggiungi et etiam
[illegible]uelle. Et quod nullus adscribat seu faciat duabus
artibus sed unusquisque in illa una arte propria qua exer-
cet faciat et adscribat sub pena et banno .xxv. librarum.
Et quod capitaneus populi civitatis Spoleti teneatur sub pena
librarum .xxx. cortonensium predicta perquirere et investigare primo
mense sui regiminis et eorum brevia providere. Hoc addito
et hinc quod omnes artes et societates et quelibet ipsarum sint
libere et absolute et in libertate remaneant in bono et libero
statu et quod capitulum potestas et capitaneus et eorum officiales
eos teneantur vinculo iuramenti observare non contravenire (?)
nisi propositum habeat vel possit in aliquo consilio vel arenga
vel alia hominum coadunatione per potestatem vel capitaneum vel
aliquem quemcumque officialem quod tale capitulum debeat
rumpi vel infringi vel interpretari vel aliquid consulere
possit quod contra dictum capitulum et iurisdictionem et antiquas
consuetudines dictarum artium et societatum vel alterius
earum et qui consuluerit per potestatem et capitaneum in .l. libris
possit puniri et reformatio que inde sequeretur non
valeat ipso iure. Et si potestas aut capitaneus contra predicta
aliquid opponeret vel si in predictis vel aliquo predictorum
fuerit negligens et predicta non curaverit inviolabiliter
observare in .l. libris ipsorum quolibet per sindicatores (?)
sequentes anni possit puniri et predictum
capitulum teneantur ponere facere et poni in breviariis
brevi populi et hoc capitulum sit precisum hinc capitulo
aliquo non obstante facto vel faciendo quod rumpi vel
irritari non possit nec per capitulum artium et societatum
nec per aliquod aliud consilium. Item quod potestas et capitaneus
et eorum officiales teneantur et debeant vinculo sa-
cramenti manutenere et accrescere in bono statu
et pacifico et tranquillo franchisia et libertate omnes
novas societates factas per populares civitatis
Spoleti et eius districtus scriptas manu Petri Pauli
notarii vel manu cuiuscumque alterius notarii. Et quod nul-
la societas possit fieri sine voluntate capitanei populi
et priorum novarum societatum. Et qui contra fecerit puniatur
in .l. libris, quilibet et notarius qui tale societatem
scriberet puniatur in .xxv. libris et privetur ab offi-
ciis et beneficiis communis et populi Spoleti. Et capitaneus cum
consilio priorum et antianorum infra primum mensem sui regi-
minis faciat fieri unum librum in quo faciat poni
omnes artes et societates et hoc ut alie non possint

[illegible] capitulis huius de [illegible] et fabrorum et [illegible] possit habere quatuor capitaneos [illegible] alie vero [illegible] inde [illegible]

porum addi qui sint et nullus nominet seu depetet vendat aut precio faciat et qui contrafecerit et nominator et contemptor in xxv. libr. puniatur et ordinator seu factor in c. libr. pro poena condempnetur. Et si potestas fuerit negligens puniatur in c. libr.

lxv De capitaneis artium et societatum civitatis.

Item statuimus et ordinamus quod quelibet ars et societas civitatis Spoleti habeat et habere debeat capitaneos in eo numero quo consueti sunt habere. Si ars iudicum et notariorum habeat et habere debeant quatuor capitaneos et non plures pro qualibet porta et quelibet alia ars et societas habeat duos capitaneos et non plures qui capitanei eligantur per homines sue artis et societatis ut antiquitus consuetum est. Officium dictorum durent certo tempore quo durabit officium capitaneorum predictorum et qui fuerit una vice capitaneus societatis et artium non possit esse capitaneus in eadem societate et arte de inde ad unum annum. Qui capitanei eligant quatuor sibi adiutores pro qualibet arte et societate qui capitanei et quatuor sint consiliarii consilii capitaneorum predictorum et teneantur et debeant venire ad quodlibet consilium generale et predicti cum precomizatum fuerit. Et teneantur capitanei eorum predicti qui pro tempore erunt xv. diebus ante exitum sui officii facere eligi dictos capitaneos artium et societatum et quatuor adiutores de qualibet arte et societate et eos scribere in quodam libro qui librum consignare debeant capitaneo novo et successori suo prima vel secunda die qua venerit ad civitatem Spoleti. Et teneantur capitanei eorum predicti infra xv. dies sui regiminis facere eligi pro porta novarum societatum x. homines bonos et legales pro qualibet societate qui sint de artibus et societatibus civitatis Spoleti qui venire debeant ad quodlibet consilium generale et

capitaneorum artium et societatum si precomizatum fuerit divino et in eius consilio vocem habeant ut alii consiliarii et ipsi consiliarii sint. De uno fonte faciendo in Vayta Filiteria.

lxvii Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus teneantur facere fieri quendam fontem ex parte adiacentem in contrada trium vaite Filiterie a sancto Blasio usque ad portam Posterule prout utilius et melius videbitur adiacentibus predictorum locorum. Et hoc teneantur facere infra tres menses post introitum sui regiminis sub pena xxv. librarum pro quolibet si predicta facere neglexerit. Et predictus fons habere debeat aquam et quantitate aque et unde duci debeat aqua ad dictum fontem arbitrio statutariorum [illegible] de ordine statuta predicta. De venientibus cum grassia ad civitatem Spoleti.

lxiii Item ut Spoletana civitas et eius habitatores ipsius victualibus gaudeant ubertate statuimus et ordinamus quod liceat omnibus et singulis undique venire volentibus ad civitatem Spoleti cum grassia scilicet cum vino, blado et omni alia grassia vendere dictam grassiam et apportare libere in ipsa civitate dum tamen vinum quod vendiderit ad minutum in dicta civitate vendat et vendere teneatur ad modum ordinatum vel ordinandum per maius consilium civitatis Spoleti et hoc capitulum sit precisum nullo alio capitulo statuti eorum vel brevis predicti huic capitulo contradicente.

De x. lib. dandis hospitali novo.

lxv Item ad laudem reverentiam et honorem omnipotentis dei et beate gloriose virginis Marie et omnium sanctorum et sanctarum dei statuimus et ordinamus quod hospitale novum civitatis Spoleti habeat et habere debeat de bonis communis predicti in adiutorium et subsidium pauperum lib. x. denariorum et eas communis predicti hospitalario dicti hospitalis

dare possit et debeat de bonis dicti com(munis) dicti quantitatem
pot pecunie. Et potestas teneatur et debeant predicta executioni mandare. hoc salvo et intellecto quod si in capitulo statuti continetur quod dictum hospitale habere debeat aliquam quantitatem pecunie de bonis dicti com(munis) Spoleti quod illud capitulum observetur et non istud

(S) Guido filius ser Simonecti de Piccoli. Imperiali auctoritate Iudex ordinarius atque notarius. Et nunc notarius Nobilis et prudentis viri domini Jacobi Villani de domo Dodonum et Gaitanorum de Pisis potestatis Civitatis Spoleti predicta capitula Brevis a principio dicti Brevis usque ad finem capitulum quod incipit. In Dei ad laudem et reverentiam et honorem omnipotentis dei etc. Que capitula sunt scripta in sedecim cartis et finiunt et non istud, de mandato. Manectonis. Grimaldi. fori novarum societatum. domini Jacobi thomi iud. Jacobi Rainerii. Thoronis Jacobi. Benvenuti Cagnarionis. Simonecti. Massarionis. et Christofori Spoleti. correctorum brevis ipsius Civitatis Spoleti sub annis domini millesimo. CC. XC. VI. Indictione VIIII. Et mandatum in presentia fuit. presentibus Rainerio notario de Piccoli filio Carbonis et Savianetto Manectonis de Spoleto testibus ad hec. Scripsi meumque signum apposui die lune ipsa die [illegible] Octubris